



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 3. Variæ Episcoporum sententiæ circa residentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. peccata patrarent in Galliis, Roman
A.C. 1562. neutiquam ituros, ut ibi absolverentur,
 unde fieret, ut satius esset, si ablu-
 tionem illic possent accipere, quam
 si expertes illius e vivis excederent.

Hanc in rem Psalmæus Virodunen-
 sis Episcopus in suis actis hæc addidit,
 Cardinalem insinuasse, *quod potius reser-
 tuenda esset poenitentia publica.*

§. III.

*Variae Episcoporum sententiae circa
Residentiam.*

Pall. c. 8. n. 1. Porro in sequentibus Patrum conven-
Es 2. tibis excipiebantur Episcoporum
 sententiæ, quæ licet sat diversæ essent,
 ad tres tamen classes facile reduci pos-
 sunt; quippe ex Præsulibus nonnulli
 residentiam juris esse divini declaran-
 dam censebant, alii autem volebant ul-
 tra progrediendum, quam ætate Pauli
 III. statutum fuisset, sed duntaxat quos-
 dam particulares eventus esse recen-
 sendos, ob quos præter alios jam alibi
 memoratos legitime abesse liceret. De-
 nique tertia opinio eo abibat, ut pro-
 posita decreti norma admitteretur, ad-
 ditis tamen adeo crebris immutationi-
 bus, ut cujuslibet sententia veluti pri-
 vatum decretum respici posset.